



1. Bock f. Friderici Samuelis / Diff. De Notione
Immensitatis Dei amplificanda Co-
m-
templatione magnitudinis Mundii
Regionem 1768. Autor J. C. Reinald.
2. Bode f. Christophorus Augustus / Protevan-
geliū Generes Cap: 111 Vers: XX. Heli-
stadt 1763.
3. Boeckner f. D. philip Adolph: / programma, de
Christo filio Dominis, Halle 1765.
4. —— programma, addita est illustratio
addita est: Illustratio loci 1 Corinthi 21; vers, 51.
Halle 1766.
5. —— programma in Commentationem ad
illustrationem Actuum Apostolorum, 1766.
6. Buchner f. D. Andreæ Eliae: / programma in
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrach f. Joh: Tob: / programma Paracleti
Appellatione Spiritui Sancto tributa,
Halle 1769.

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
SVCCESSIONE
MINISTRORVM ECCLESIAE
IN IVRA APOSTOLORVM
CAVTE DEFINIENDA

QVAM
PRAESIDE
CHRIST. GVILIELMO FRANCISCO
WALCHIO

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMAR. PHILOSOPH.
ORDINARIO

IN
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
D. VI. AVG. MDCCCLXVIII.
DEFENDET AVCTOR
EPHRAIM GOTTFRIED STECHEBAHR
LESNA POLONVS.

GOETTINGAE
TYPIS IO. ALE. BARMEIERI ACAD. TYPOGRAPHI.

DISSESSATIO THEOLOGICA
SACCESSIO
MINISTRARIUM FOCIFERIAE
IN LATAVIA STOLZOFIAVM
CIVATI DE LINNIA
CHRIST. CALVIUS FRANCISCO
AET. EHO
ACADEMIA GEORGIA VAGASTA
U. A. VAG. DECRAVIT
DE LINNIA AVADOT
EPHRAMI COTTIERI STECHIBUR
GO. TITTINGE

TYLLIS 105 VLAQ. VALLMELLI VAGD. TITLINGE.

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
OTTONI GVILIELMO
DE WERSABE

DOMINO MEYNBVRGI ETC.
AVGVSTISSIMO REGI MAGNAE BRITANNIAE
A CONSILIIS REGIMINIS, IVSTITIAE ET CONSISTORII
IN DVCATIBVS BREM. ET VERD.

NEC NON
VIRO SVMME VENERANDO AMPLISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
IOHANNI HENRICO PRATJE

AVGVSTISSIMO REGI MAGNAE BRITANNIAE IN SENATV
ECCLESIASTICO DVCATVVM BREM. ET VERD. A CONSILIIS ET
COETVVM SACR. SVPERINTENDENTI GENERALI,

MAECENATIBVS AC FAVTORIBVS SVIS
OMNI QVA PAR EST ANIMI PIETATE
IN PERPETVVM COLENDIS
TRACTATIONEM HANC
SVBMSSE OFFERT ATQVE DEDICAT

HERBERTI ALIA EXCELSA ENTITAS OMA

SIMVLQVE

PRO STIPENDIO LISSENHEMIANO
BENIGNISSIME COLLATO

OMNIBVSQVE ALIIS BENEVOLENTIAE SIGNIS
SVMMA LIBERALITATE EXHIBITIS
MAXIMAS QVAS POTEST GRATIAS AGIT

TANTORVM NOMINVM

JOHANNI HENRICO PRATTE

MAGISTRIVS AC LAVATORIVS SAVIS
OMNI CAVARIA TETANUM ILLITIS
COSTIS SEMPER HAC STYLIS PRAECLARA ET
CORTICIAE SOLA, CARBONELLA, OLEASTER,

MAGISTRIVS AC LAVATORIVS SAVIS

OMNI CAVARIA TETANUM ILLITIS

INSTRUMENTA VITRIOLICA

OBSERVANTISSIMVS CVLTOR

EPHRAIM GOTTFRIED STECHEBAHR.



§. I.

Christus, ecclesie sue caput, Apostolos ejusdem summos
er primos doctores constituit, eosque singularibus in-
struxit donis, ut eo citius arque facilius doctrinam sa-
lutarem in orbe terrarum diffundere possent. Qvum
vero nec uni tantum Christianorum coetui instituendo
vitam suam dicare, nec ad finem mundi in vivis esse deberent: ne-
cessè erat, ut non solum ecclesis singulis alios doctores et pastores
ipsi præponerent, sed etiam omni ævo tales præponi vellent. Qvo-
rum munus episcopi et presbyteri primæva ecclesie occuparunt, et
ministri ordinarii nostræ adhuc occupant. Num autem his omnibus
eadem jura adscribenda sint, qvæ Apostolis fuerunt, gravis est quæ-
stio, qvam hoc loco perlustrare propositum est.

§. II.

A prima jam ætate rei christiana, doctores ecclesie ordinarios
cum Apostolis comparatos fuisse, ex scriptoribus christianis antiquissi-
mis apparer. Sed non omnes eodem modo sententiam suam expre-
suerunt,

A

fuerunt,



suerunt, maxime inde ab eo tempore, quo episcopi non modo loco et titulo sed iuribus etiam officiis que ab aliis doctoribus discerni coepi-
perunt. Alii enim generatim omnes ecclesiae doctores, tam episcopos quam presbyteros, A. ostolorum successores esse voluerunt. Alii autem de solis episcopis id affirmant. Primo quidem seculo et Aposto-
lorum imprimis tempore, episcopos et presbyteros eisdem fuisse,
vel ex Act. XX. clare patet, ubi illis qui v. 17. presbyteri vocantur,
v. 28. episcoporum nomen tribuitur, ideoque justum est, ut, si epi-
scopi successores Apostolorum habeantur, et presbyteris idem honor
concedatur, id quod etiam a nonnullis Patrum factum est. IRE-
NAEVS enim (a) dicit: *Quapropter iis qui in ecclesia sunt presbyteris,
obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum epi-
scopatus successione charisma veritatis certum acceperunt.* Cum hoc
loco episcopi non speciatim nominantur: sub presbyteris quibus suc-
cessio Apostolorum et episcopatus afferitur, tam episcopi quam pres-
byteri striiori sensu intelligendi sunt. Idem IRENAEVS alio loco (b)
simili modo loquitur. E contrario autem alii scriptorum ecclesiastici-
orum solos episcopos Apostolorum successores esse tradunt. FIR-
MILIANVS apud CYPRIANVM (c) ita scribit: *Potestas remittendorum
peccatorum Apostolis data est, et ecclesiis, quas illi, a Christo missi,
constituerunt, et episcopis, qui eis ordinatione vicaria successerunt.*
Presbyteri igitur manifeste a successione Apostolorum excluduntur.
CYPRIANVS itidem multis in locis (d) episcopos, sed nunquam pres-
byteros successores Apostolorum vocat. Inter hos quasi medius est
IGNATIVS, qui in epistolis ad Trallianos (e) et ad Magnesianos (f)
presby-

(a) *Contra heres lib. IV. cap. 26.* edit. MASSVETI.

(b) *ib. III. cap. II.*

(c) epist. LXXV, ex edit. BALVZIL.

(d) e. gr. epist. XLII. et LXV.

(e) §. II. et III. p. 60. 61. tom. II. patrum Apostol. edit. COTELERII 2
CLERICI recentiss.

(f) §. VI. p. 55.



presbyteros cum Apostolis comparat, sed episcopos in priori epistola
cum Christo, in posteriori autem cum Deo. Hoc itaque apparet, jam
primis seculis ordinarios ecclesiae ministros Apostolorum successores
appellatos fuisse.

§. III.

Hæc sententia autem sequenti tempore non solum servata sed etiam amplius applicata fuit ab ecclesia Romana, quæ primo affirmat: Apostolos omnes a Christo S. coenam instituente, novi testamenti sacerdotes aut presbyteros creatos fuisse, et quidem per verba: *Hoc facite in meam commemorationem* (a). Deinde docet, quod jam AMBROSIUS protulit, Apostolos fuisse episcopos, hosque omnes in Apostolorum locum successisse (b). Hoc assertum autem a variis hujus ecclesiae doctoribus, vario modo aut extenditur aut restringitur. Defensores enim libertatis ecclesie Gallicanæ, ut et FERRONIUS (c) exinde colligunt, episcopos omnes æque ac Apostolos jure divino sibi æquales esse. Alii autem Romana sedis cultores e. gr. BELLARMINVS (d) magnam adjiciunt restrictionem, dicentes: potestatem ordinis, i. e. administrandi sacramenta, episcopos immediate ab Apostolis accepisse, potestatem jurisdictionis autem a Romano Pontifice. Hunc enim contendunt in omnes prærogativas Petri (e) Apostolorum principis (f) successisse, et ipsius Iesu Christi esse vicarium (g).

§. IV.

(a) Concil. Trid. Sess. XXII, cap. I, et canone II, ejusdem Sess.

(b) Concil. Trid. Sess. XXIII, cap. IV, et M. ANTON. DE DOMINIS, de repab. ecclæs. lib. II, cap. II.

(c) de statu ecclæsæ et legitima potestate Rom. episcopi cap. VII.

(d) in tr. de Pontif. Rom. lib. V, cap. 22, 24.

(e) BELLARMINVS tr. de Pontif. R. lib. I, cap. 17-24. numerat. XXVIII. prærogativas Petri, quas omnes Romanum episcopum, cum pontificatu universa ecclæsæ ex divino jure, et ratione successionis, tenere, tradit. Lib. II, cap. 4, 12.

(f) BELLARMINVS lib. I, cap. 10, dicit: Apostolos quidem habuisse plenitatem potestatis, ita tamen, ut Petrus esset caput, et ab illo penderent.

(g) vid. professio fidei conc. Trid.



§. IV.

Doctores Protestantium articulos de ecclesia et ministerio ecclesiastico admodum emendarunt, et ex s. scriptura fonte derivarunt. Nihilominus autem aliquam successionem ministrorum ecclesie in locum Apostolorum, retinuerunt, dum non solum originem divinam ministerii ecclesiastici assertant et demonstrant, sed etiam specialia quædam jura, nempe disciplinam ecclesiasticam exercendi, et peccata remittendi ac retinendi, ministris ecclesia ideo tribuunt, quia Apostoli concessa fuerunt. Augsburgana confessio (a) idem docet his verbis: Sic autem sentiunt, (nostrí) potestatem clavum, seu potestatem episcoporum juxta evangelium potestarem esse, seu mandatum Dei, prædicandi evangelii, remittendi et retinendi peccata et administrandi Sacra menta. Nam cum hoc mandato Christus mittit Apostolos. Job. XX, 21. Marci XVI, 15. Theologi nostri et tunc successionem quandam in munus Apostolorum supponunt, quando exinde quod Apostolorum quidam uxores duxerunt, ministris ecclesie idem licere, concludunt. Nullus eorum autem omnia jura Apostolorum ministris ecclesie adscribit, quia episcopus Romanus sibi sumit, sed omnes concedunt, magnum interesse discrimin, quamvis non cuncti illud eodem modo definiant. IOH. GERHARDVS assertit (b): rationem maxime disparem esse inter extraordinariam Apostolorum auctoritatem et ordinarium, prædicandi evangelium et administrandi Sacra menta, munus. Illam cum Apostolis desissit, hoc vero in ecclesia perpetuo manere. Idem autem alio loco (c) ministris ecclesie administrationem disciplina ecclesiasticae, ex Matth. XVIII. ideoque tanquam successoribus Apostolorum tribuit, quanquam excommunicationem minorem tantum, sive suspensionem ab usu s. cena, intelligit, majore solis consistoriis ecclesiasticis reservata. Denique et potestatem remittendi et retinendi peccata, nonsolum declarativam, sed etiam

(a) artic. XXVIII. p. 53. edit. libr. Symbol. Summe vener. D. WALCHII.

(b) I. de minister. ecclef. §. 221.

(c) §. 285.



etiam realem et effectivam, ministris ecclesiae adscribit, qvia Apostolis eadem propria fuit (d). Simili modo QVENSTEDTIVS inter successionem personalem et doctrinalem distingvens, hac posteriori ministros ecclesiae non destitui, recte dicit, sed priori (e). Seqventibus autem (f) expressis verbis affirmat: donum absolutionis a peccatis, Christum post excessum Apostolorum, per Pastores eo modo distribuendum dedisse, quo Apostoli illud distribuerint; qvum vero Apostoli illud effective, non tantum declarative, contulerint, ergo eadem ratione Pastores. HOLLAZIVS eandem fere proutus sententiam, dicens (g): Competiverunt Apostolis quadam privilegia extraordinaria, qvorum respectu nullos habent successores, competitivit illis etiam generaliter considerando, potestas docendi, sacramenta dispensandi, et peccata remittendi, cuius respectu omnes fideles ecclesiae ministri illorum successores sunt. Et alibi (b) contendit: ministros ecclesiae potestatem ministerialem et delegatam habere, qva peccatoribus contritis et pœnitentibus non tantum significative, sed etiam effective remittere possint, qvod ex promissionibus Christi, Apostolis concessis, comprobatur. Cum his viris allegatis plurimi Theologorum nostra ecclesia, præser-tim seculi præteriti, consentiunt, qvi omnes qvidem, ministros ecclesiae Apostolis minores esse, docent, sed nihilominus aliqua jura Apostolorum in ministros ecclesiae redundare, affirmant.

§. V.

Sicuti autem sententia Fanaticorum (*) qva omnis divina origo et auctoritas ministerii ecclesiastici tollitur, ideo periculosa est, qvia omnem

(d) *I. de penitentia* §. 112.

(e) *Theol. didactio polem.* cap. XII. quest. IV.

(f) quest. V. n. 2. *argumentorum.*

(g) *exam. Theol.* parte IV. cap. II. quest. XVII.

(b) quest. XX.

(*) de quibus vid. theol. polem. scriptores, V. E. BAVMGA RTENIUS *theol. polem.* T. III. p. 404.



omnem ordinem in concionibus auferit, turbas excitat, et explicacionem scripturæ S. cuiusvis imperiti judicio commissam, prorsus incertam reddit: Ita etiam nimia æqualitas, inter Apostolos et ministros ecclesiæ, asserta, varia incommoda profert. Si enim minister ecclesiæ, qui sibi persuasit, se in omnia jura Apostolorum successisse, ius exterminandi ex ecclesia, quos scelerata patrassæ putat, pro arbitrio suo exercere auderet, quia Apostoli illud exercuerunt, quanta detrimenta ille cœtus, cui ministrat, exinde caperet! quanti motus, quanta inimicitia inter membra ecclesiæ exorirentur! quoties odio aut sola suspicione deceptus injuste judicaret! Aut quam absurdum fore, si exemplum Pauli imitans, Satane aliquem traderet! Imo sui ipsius conscientiae molestos saepè scrupulos infiget, quoties scelerum suspectos varias ob causas ad concilium admittere cogitur, credens, se obligatum esse ad omnes indignos ab illa detinendos. Patet itaque, non nullius momenti esse questionis traditionem, quatenus ministri ecclesiæ jura Apostolorum competant, et quænam illis merito sint adscribenda?

§. VI.

Ut autem ad questionem hanc rite respondere possumus, primo qvidem generatim inquirendum est, quænam rationem ministrorum ecclesiæ ordinariorum esse ad Apostolos, sacre litteræ et Apostoli ipsi profiteantur, et quoniam ex capite hi cum illis comparantur? Duplici modo id fieri, sequentia Apostolorum effata docent. Petrus enim I epist. V, 1. presbyteros adhortans, se ipsum συμπρεβούτερον nominat, adeoque illos sibi æquales reddit. Eodem modo et Paulus, I Cor. III, 5. Apollinem, Apostolica dignitate non ornatum, sequens ipsum ministros vocat et v. 8. se ipsum, qui plantaverat, et Apollinem, qui rigaverat, unum idemque esse dicit, nempe Dei cooperarios. Idem autem Paulus, alijs locis, Apostolos supra omnes alios ecclesia doctores effert, illisque principatum tribuit. Nam I Cor. XII, 28. munera ecclesiastica hoc ordine enumerat: *Deus constituit primo Apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, nempe ordinarios.*

Et



Et Ephes. IV, 11. Apostolis itidem primus locus adscribitur, ita ut a Pastoribus et doctoribus discernantur; hoc vero nomine ordinarios ecclesiae ministros significari, ex *postendi* officio colligo, quod Paulus episcopis sive presbyteris Ephesiniis *Aet. XX, 28.* et Petrus pariter presbyteris *I. epi. V, 3.* impositum esse, testantur. Simili modo *Aet. XV, 6. 22. 23.* Apostoli a presbyteris ecclesiae Hierosolymitanæ distinguuntur. Ex allegatis his locis, si inter se invicem conferantur, clare apparet, ministros ecclesiae ordinarios tam Apostolis æquiparari quam illis inferiores declarari. Cum autem Apostoli sibi ipsis contradicere nequeant: sequitur, diverso respectu utrumque afferi posse, nempe nonnulla Apostolis cum doctoribus ordinariis communia esse, quibus utriusque sui similes sint, nonnulla autem Apostolis concessa fuisse, quæ ministris ecclesiae desint, ratione quorum igitur inter utrosque nulla detur æquivalitas.

§. VII.

Tum ea autem, quæ ministris ecclesiae æque ac Apostolis competunt, tum ea quæ his solis propria fuerunt, optime distingui poterunt, si utrosque viros proprius secum invicem comparemus. Videbimus itaque, quid de vocatione, donis et juribus *primo* Apostolorum, *deinde* ministrorum ordinariorum, si scriptura doceat, aut saltem quid secundum ejus principia his de rebus statuendum sit. Apostolos omnes ad munus gravissimum, quo fungebantur, a Christo aut Deo immediate vocatos fuisse, certo scimus. Undecim eorum nempe jam tum, quum Christus adhuc visibilis inter mortales commoraretur, ex reliquis discipulis selecti fuerant, quos perpetua ejus consuetudine et institutione fruentes, sibi ad saturam evangelii prædicationem præparaverat. Paulum, post adscensum in cœlum, quidem, sed non minus solemni vocatione quam ceteros, in numero Apostolorum esse jussit, unde hic, sub initium nonnullarum epistolarum *Gal. I, 1. et I. Tim. I, 1.* se non ab hominibus, nec per homines sed iussu Christi et Dei Patris Apostolum vocatum esse, gravissime monet, eo quidem consilio, ut obrectatorum calumniam, qua cum ceteris apostolis inferiorem



feriorum esse, criminari solebant, depelleret. Sed in Matthia, duodecimo collegii Apostolici socio, res aliter sese habere videtur. Illum enim post Christi ascensum, et quidem sine apparitione ejus sub oculis cadente, per sortem Apostolum electum fuisse Act. I, 26. narratur. Verum nec hunc a reliquis hac ex parte diversum esse, existimo. Nam Petrus sine dubio, accepto antea, a Christo resuscitato, mandato, post mortem Jude violentam loco ejus alium substitui Apostolum, suavit. Et si hoc etiam non fuit, tamen per sortem, quam, post preces unanimis, super duo ministerii Apostolici candidatos jaciebant, Christus rex ecclesiae sua clarissime indicabat, quemnam duorum Apostolorum designaret, et hic eodem jure, quo reliqui, a servatore ipso vocatus habendus est, eo magis, quia die pentecostes non aliter ac ceteri, spiritu sancto donatus fuit. A Deo igitur aut Christo ipso, ad evangelium more et auctoritate Apostolorum praedicandum, eum appellatum fuisse oportet, qui cupit, ut nomen hoc splendidum sibi tribuat. Sed notandum etiam est, ad quale munus Apostoli a Christo vocati fuerint, nempe non ut ecclesias jam plantatis praessent, verum ut ceteros Christianorum primi colligerent et plantarent, quorum etiam post effusionem spiritus sancti nulli erant, exceptis Hierosolymis, ubi plures discipuli Christi, statim post mortem et resurrectionem ejus, conventus celebrabant, Act. I, 14. 15. Nemo itaque Apostolus veri nominis appellandus est, nisi qui ecclesias Christianae doctrinæ addictas plantaverit, aut saltem homines, a religione Christiana alienos, illa imbuerit. Qui enim Apostolorum id omisisset, fini, quem Christus in constituendis illis sibi formaverat, non obtemperasset, scilicet ut testes ipsius essent inter omnes gentes, et doctrinam evangelii longe lateque diffunderent, Act. I, 8. Et mandatum Christi Matth. XXVIII, 19. expressis verbis illis injungit, ut tam in Palestina quam in exteris remotisque regionibus, evangelium divulgarent, ibique discipulos Christi facerent. Quam ob causam et omnes duodecim Apostoli et Paulus, hoc mandatum servatoris secuti, variis in locis orbis terrarum tunc cogniti, ceteros Christianorum instituerunt et funda-

fundarunt. Jacobus qvidem Major sive Johannis frater, plurimum Apostolatus sui tempus Hierosolymis vixisse videtur, saltem non diu post effusionem spiritus f. ibidem mortem passus fuit, Act. XII, 2. Sed cum ecclesia Christianorum secundum Luca in actis Apostolorum relationem, ibi in dies cresceret, quis negabit, Jacobum nonnullos eorum, qui ad sacra Christianorum accedebant, ad ea adduxisse? Si vero hoc fecit, ad ecclesias Christianas plantandas et augendas, suum tribuisse censendus est. Sed forte et extra Hierosolymam in Palestina coetus condidit. Quae enim de itinere ejus Hilpanico circumferruntur commenta, ne digna qvidem videntur, in quibus convellendis operam perdamus. Præterea autem ille præmatura morte impeditus fuit, quo minus evangelium longius ferre et ad gentes extereras abire posset, quod sine dubio fecisset, si diutius in vivis mansisset. Affirmandum itaque est, Apostolos imprimis ad ecclesias Christianas plantandas a Christo immediate vocatos fuisse.

§. VIII.

Hoc munus autem ut exsequi et ubique terrarum homines evangelii luce nondum perlustratos ad illud arripiendum permovere possent, singularibus donis instruebantur, quibus utentes luculenta et supra omne dubium elata argumenta veritatis evangelii edere valebant. Hæc dona erant extraordinaria, sicuti etiam munus eorum extraordinarium erat, et nemini eorum qui cum illis doctrinam Christianam prædicabant, eo gradu concessa erant. Apostoli nempe omnibus donis miraculosis, quæ Paulus i Cor. XII. enumerat, simul summis affluebant, eaque singula etiam ad alios transferre poterant. Deo enim placebat, Apostolis tanquam instrumentis uti, per quæ multis primitivæ ecclesiæ membris dona spiritus f., quanquam singula singulis, impertiret, id quod per preces et manuum impositionem siebat. Qum itaque Deus, nulli assecularum doctrinæ Christianæ, excepta domo Cornelii, immediate dona miraculosa conferret (*) et tamen omnia illa, i Cor. XII. enarrata, in ecclesia vigerent; seqvi-

tur,

(*) vid. Summe Vener. D. LESSII diff. de donis Spir. f. miracul., §. 8. 9. 12.



tur, ut Apostoli universa tenuerint, alias enim per ipsos singulariter
 distribui non potuerint. Sed necesse quoque erat, ut omnes Apostoli eadem genera miraculorum patrare possent. Post servatoris enim
 recessum e terra illi columnæ totius ecclesiae erant, quibus doctrina
 christiana innitebaruntur. Si vero unus paucioribus et vilioribus donis
 instructus fuisset, quam alter, ille deterioris conditionis esse visus,
 auctoritatem apostolicam inter coros christianos amisisset, id quod
 varias dissensiones imo schismata excitasset, dum alii hunc, alii illum
 Apostolum præstantiorem reliquis censuerint, prouti quis majoribus
 vel minoribus donis conspicuus fuisset, quod vero accidisse nullibi
 relatum legimus. E contrario ex Act. II, 3. 4. colligendum est, nullum
 respectu donorum miraculosorum discrimen inter Apostolos inter-
 cessisse, ubi generatim dicitur: *Descendit spiritus s. in unumquemque;*
omnes implabantur eo: non adjecta ad singulos restrictione. Et præ-
 terea omnium generum miraculorum ab Apostolis patratorum passim
 fit mentio, ut igitur sine omni argumento historico et veri similitudine
 contenderetur, Apostolos non omnes omnia dono miraculosa natus
 fuissent. Imo si quis Apostolorum hoc vel illo dono miraculoso desti-
 tuturus fuisset, id a Deo petere, illi licebat, et Christus expressis ver-
 bis Joh. XVI, 23. promiserat, Deum omnia qua discipuli duodecim,
 in causis evangelii, rogaturi sint, auditum et facturum esse. Quod
 vero de his duodecim, in quos die pentecostes spiritus s. effundebatur,
 facile concedetur, id etiam de Paulo negari nequit. Ut enim taceamus,
 variis locis scripturæ s. N. F. ejus dona miraculosa omnium generum
 allegari: perpendendum est, si vel unico caruisset, id adversariis
 ejus Corinthiacis et Galaticis ad eum infra alios Apostolos detruen-
 dum, et ejus auctoritatem diminuendam, prebuisset ansam, quam
 avide arrepturi fuissent. Inter objectiones autem eorum, quas Paulus
 in epistolis ad Corinthios et ad Galatas refert atque refutat, haec, tam
 gravis fatura, non compareat, indeoque tuto concludere licet, eam
 jure meritoque effungi non potuisse, et Paulum hac ex parte reliquis
 Apostolis non minorem fuisse. Sed quod caput rei est, Paulus ipse
 2 Cor. XII, 12. eo provocat, signa Apostoli i. e. quæ Apostolo di-
gna

gna sint et ab aliis Apostolis proferantur, inter Corinthios a se effecta fuisse, et Gal. II, 8. 9. se Petro et miraculis æqualem fuisse, idemque a ceteris Apostolis agitum, monet. Si itaque omnes Apostoli universa obtinuerunt miraculosa dona, id tanquam characterem, sine quo neminem Apostolum habere possumus, statuere justum erit.

§. IX.

Ab his donis miraculosis separare mihi liceat illud, quo Apostoli, perpetua inspiratione spiritus sancti fruebantur, quando nempe evangelium prædicabant, coram magistratibus defendebant, aut ejus doctrinam litteris mandabant. Hoc Christus discipulis suis duodecim, Matth. X, 19. 20. Joh. XIV, 16. 17. XVI, 13. seqq. clarissimis verbis promiserat, ideoque nullum erit dubium, quin illis haec divina inspiratio cum aliis dotibus, post sollemnem illum spiritus sancti descendit, concessa fuerit. Hinc vel ante abitum ex hac terra Christus declaravit, qui Apostolos audiverint, eos vere se ipsum audire Lucæ X, 20. Sed Paulus si quis hunc honorem denegare auderet, illi perlegendæ sunt epistola illius, quarum multis in locis edicit; se non verbis humanæ sapientiae, sed iis quæ a spiritu sancti doceatur, evangelium eloqui, e. gr. 1 Cor. II, 13. VII, 40. se edictum esse per revelationem Iesu Christi Gal. I, 12. suumque verbum vere esse Dei verbum 1 Thess. II, 13. (*). Et quum ceteris donis spiritus sancti instructus fuit, huic testimonio, quamvis de se ipso illud proferat, fidem habere, nemo recusabit. Qvod vero attributum omnibus fuit Apostolis, id in quocunque inesse debet, qui se Apostolum venditat, et neminem numero eorum adscribi fas est, nisi qui hoc dono divino instructus sit.

§. X.

Perlustratis iis, quæ de vocatione et donis Apostolorum ex scriptura sancta parent, ad jura eorum enucleanda progredimur. Primo quidem Apostoli poscere poterant, ut iis quæ in docendo evangelio

aut

IX. (*) conf. EUDDEVM de eccles. apostol. p. 651.



aut ore aut scriptis proferebant, divina auctoritas tribueretur, ideoque summa obedientia praestaretur. Hoc jus exinde sequitur, quia omnes perpetua inspiratione in tradenda doctrina christiana fruebantur, sicuti antea probavimus. Cum enim spiritus s. ipse non solum cogitationes sed etiam verba illorum menti suggereret, quoties in negotiis evangelii loquebantur aut scriberant: dogmata, quae proponebant, non poterant non divinæ originis esse, ideoque discipuli Apostolorum ea credere debebant, quamvis inaudita et perspectu difficultaria essent. Eodem jure, cœtibus christianis tam a se quam ab aliis plantatis, leges promulgare, jubere que poterant, ut pro divinis acciperentur, ac non minus, quam leges Mosis, Prophetarum imo Christi ipsius, observarentur. Nam Apostoli ipsi easdem non excogitaverant, sed Deus mentibus eorum inspiratas, hominibus præcipiebat. Et nos quoque scriptis eorum dogmatibus æque ac legibus fidem et obedientiam debemus, quia Christus ipse Matth. XVIII, 18. dicit: quicquid Apostoli licitum aut illicitum declaraverint, id in cœlo, in sanctissimo Dei ipsius judicio, licitum aut illicitum fore (*). Hoc jure autem Apostoli uti non neglexerunt, sed potius in epistolis suis nobis existantibus sœpe illud urgent. Paulus 2 Cor. V, 20. dicit: Legatione fungimur loco Christi, Deo tanquam per nos admonente. Idemque Gal. I, 8. illum anathemate percutit, qui aliud evangelium nunciet, quam quod ipse nunciaverit, et v. 11, 12. addit: evangelium, quod ipse prædicaverit, non humanum esse: se illud ab homine non accepisse aut didicisse, sed per revelationem Christi. Thessalonenses 1 epist. II, 13. admodum a Paulo laudantur, quod verbum Dei ab ipso auditum non tanquam hominum, sed, quod re vera sit, tanquam verbum Dei receperint. Imo 1 Cor. XIV, 37. Paulus postulat, ut prophetæ quoque, si tales haberi velint, illa agnoscant, atque exsequantur, quæ ipse scribat, quia Domini vel Christi præcepta sint. Et ex aliis præterea locis luculenter appetat, Apostolos per quam bene cognitum habuisse, quod dictis et scriptis suis divina auctoritas competit, illisque fides et obedientia ab omnibus hominibus præstanta sit.

§. XI

(*) vid. S. Ven. LESSII diss. cit., in proamio p. 3. 4.

§. XI.

Deinde Apostoli a cœtu Christianorum excludere poterant, quos communione cum fidelibus indignos judicabant. Hoc jus illis ideo erat, quia ecclesiæ ipsæ plantaverant, earumque capita erant, præfertim autem, quia potestate tenabant, ecclesiæ omnia mandandi, quæ statum internum et externum earum concernebant, ita ut præcepta eorum tanquam divina accipienda essent. Accedit, quod jus hoc euto illis credi posset, quia ob inspirationem divinam in rebus ad evangeliū pertinentibus, neminem injustas ob causas exclusuri erant, et certo iudicio de animis hominum statuebant. Sed Christus ipse, idem illis concessio Matth. XVIII, 15 - 17. ubi dicit: *Si contra te quis peccaverit, et post correctionem privatam et publicam, peccatum non agnoverit, instar ethnici et publicani, qui membrum ecclesia esse detrectat, eum habeas, i. e. communionem ecclesiasticam sanctamque fraternitatem illi deneges.* Qvamvis Christus hoc loco innuere videatur, Apostolis tantummodo ejusmodi hominem instar ethnici aut publicani habere debere, non rotam ecclesiam; iudicium tamen Apostolorum semper a tota ecclesia approbatum fuisse, et eos, qui in Apostolorum peccaverint, ab omnibus membris cœtus alicuius communione sacerorum privatos fuisse, verisimile est. Sed si etiam negetur, verba hæc Christi, de jure excommunicandi, Apostolis tradito, agere: ob rationes tamen antea expositas, eo uti, illis licuit, quando ejusmodi, qui nomen Christianorum gerebant, eorumque conciones freqventabant, sceleribus et malefactis gravibus innotuerant. Cum enim tales religionem, cui addicti erant, dehonestarent, eamque magistratibus civilibus, omnibusque aliis ab ecclesia remotis, invisam redherent: maxima tunc temporis instabat necessitas, ut cœtu Christianorum ejicerentur. Paulus igitur, hoc jure utens 1 Cor. V, 3. 5. 7. jubet, ut Corinthii eum, qui sub prætextu Christianismi aut potius Iudaismi (*) novercam suam in matrimonium duxerat, conventibus suis excludant. Idemque Thessalonicenses 2 epist. III, 14. monet, ut eum, qui ver-

bis

(*) conf. Illustris MICHAELIS Einleitung p. 1353-58.



bis suis, per epistolas scriptis, non obediatur, notent, illique non commisceantur, ut pudescait. Patet itaque ex his, Apostolos jus hoc tenuisse, eoque nonnunquam ita usos fuisse, ut miraculosis etiam superpliciis peccatores afficerentur, qva de re infra pluribus agemus.

§. XII.

Porro autem illis et hoc erat jus, ut coram nullo hominum, in rebus ad evangelii docendi methodum spectantibus, in jus vocari possent, i. e. nemini licebat, respectu dogmatum, quæ proponebant, et legum, quas præscribebant, ab iis rationem poscere, sed soli id Domino ecclesiæ, nempe Christo ejusque tribunal, reservari debebat. Cum enim a nullo mortalium, sed a Christo ipso evangelium edoceti, ab eo solo, ad doctrinam salutarem divulgandam, vocati essent, et præterea inspiratione spiritus s. perfundenter, qvisnam hominum aut quis cœtus Christianorum audere poterat, tantos viros errorum aut vitiorum accusare, aut causam eorum judicare? Qui enim muneris apostolici potestatem illis non contulerant, illi etiam nec inquirere nec discernere valebant, num recte aut male officia sua peregerint. Sed nec Apostolus alter alterius judex esse, fratremque judiciali modo condemnare atque auctoritatem ejus Apostolicam abrogare potuisset. Aequalis enim omnibus erat dignitas, æqualia jura. Universi erant ministri domini sui Jesu Christi, unus altero nec major nec minor, sed omnes inter se invicem fratres, uti magister eorum ipse edixerat Matth. XXIII, 8. Idem etiam spiritus omnes agebat, qui ideo sibi contradicere nequivat, alteri hoc alteri aliud evangelium inspirando. Unde Paulus, contra adversarios Corinthiacos, famæ et dignitatibus ipsius variis accusationibus detrahere studentes, disputans, illis nequidem licere, ait, ut de actionibus ejus et methodo, quam, in tradendo Corinthiis evangelio, servaverit, judicium ferant. Dominum enim solum esse, qui ipsum judicet, ideoque et Corinthios judicium suum usque ad adventum Christi differre debere, 1. Cor. IV, 4. 5. Neque a fratribus ergo neque ab alio qvovis humano judge, respectu eorum, quæ munus illis

illis creditum attingebant, fas erat Apostolos judicari, qvamvis in rebus civilibus a magistratu politico in jus vocari non recusaverint.

§. XIII.

Ius prædicandi evangelium, generatim sumtum, Apostolos habuisse, nulla indiget probatione. Cum enim antea demonstratum fuit, illos eo sine vocatos fuisse, ut homines a luce evangelii alienos, discipulos Christi facerent: pater, illis etiam jus docendi afferi debere, qvod et Christus ipse illis Marci XVI, 15. expressis verbis afferuit. Qvamvis autem hoc jus Apostolis ex vocatione *immediata* Christi concessum fuerit: idem tamen illis competere potuisset, etiamsi *mediate* illis demandatum fuisset. Deinde Apostoli quidem ex inspiratione divina evangelium præcabant, at iidem viri illud prædicare potuissent, si ab homine in doctrina christiana instituti, eam etiam secundum meditationes suas aliis proposuissent. Tandem Apostoli quidem præsertim homines evangelii ignaros illud docuerunt, at iidem etiam cœtus Christianorum jam institutos, qvoties offerebatur occasio, in fide magis confirmabant, cuius rei exemplum in Paulo deprehendimus, qui Corinthios non solum ad christianam religionem perduxit, sed etiam absens per epistolas, et ad eos rediens, oretenus eos docuit; quid qvod ad Romanos et Colossenses, jam Christianos, scripsit, antequam præsens eos vidisset. Ex his omnibus autem concludendum est, jus docendi et illis competere posse, qui donis extraordinariis et miraculosis Apostolorum non instructi sunt, qvod de juribus, in præcedentibus recensitis, contendi nequit, ut infra ostendemus.

§. XIV.

Cum igitur Apostoli, jure docendi evangelii fungentes, universis gentibus aut cœtibus generatim dicere possent: *Quicunque credit et baptizatur, ille salvabitur, qui autem incredulus est, ille damnablebitur*, Marci XVI, 16. pate, eos etiam ad qvodvis individuum dicere potuisse: *Si credis in Christum, salvaberis*, Act. XVI, 31. et, si ad finem vitæ incredulus



dulus es, damnaberis. His formulis continetur ius et potestas doctrinam legis et evangelii ad singulos applicandi, sive sub conditione veræ fidei in Christum, remissionem peccatorum, et sub conditione perpetuae incredulitatis æternas poenas annuncandi. Hoc jure autem, non aliter ac omnes reliqui evangelii interpres, usi fuerunt, remissionem peccatorum omnibus pollicentes, qui significabant, se in Christum credere, ejusque doctrinam amplecti. Accidebat autem, sicuti hodie accidit, ut multi, quibus, una cum aliis, sub conditione vera et perpetuae fidei, remissionem peccatorum annunciarerant, ore tantum fidem testarentur, qua animo deficiebat; saepius adhuc multi ad tempus tantummodo evangelium arripiebant, brevi post illud deserentes, vel erroribus corruptentes ut Hymenæus, Alexander et alii. His itaque omnibus peccata remissa non erant, quia conditionem, sub qua Apostoli illis hanc condonationem peccatorum annunciarerant, non servaverant.

S. XV.

Dum autem contendimus, Apostolos non nisi sub conditione perpetuae fidei in Christum remissionem peccatorum contulisse, ideoque etiam hac conditione deficiente, peccata non remissa fuisse: contradicere videmur verbis Christi Joh. XX, 22, 23, ubi dicitur: *Acepit spiritum s. quibusunque peccata remiseritis, illis remissa sunt, et quibusunque retinueritis, illis retenta sunt.* Ex his elucidetur, Apostolos peccata semper ita remissa et retinuisse, ut re vera apud Deum remissa et retenta fuerint. Sed accuratori perscrutatione, ea quæ afferui, satis forsan vindicabuntur. Id quidem ante omnia concedendum est, de hypothetica peccatorum condonatione Christum hoc loco non loqui. Hac sola enim adhibita, saepè peccata in celo non remittuntur, quamvis evangelii interpres remissionem annunciet, quoties nempe conditio fidei in Christum, ad finem vite producta, deficit. Alio autem modo Apostolos peccata remissa, nupsiam in tota scriptura s. legimus, sed potius contrarium exinde apparet. Si enim sibi arrogassent, a poenis peccatorum infernalibus homines ita absolvere, ut in celo in æternum illis absoluti fuissent,

fuisse, tunc nullum hujus absolutionis certiorum facere debuissent, nisi, quem perperuo fidem salvificam servaturum, prævidissent, ideoque semper, quando aliquis profitebatur, se ad facia Christianorum accedere velle, spiritus s. illorum menti revelare debuisset, num ille ex animo credat, et in vera fide, ad vitæ exitum, perseveraurus sit, nec ne. Hoc fieri potuisse, nemo quidem negabit, quum Apostoli perpetua inspiratione spiritus s. fruerentur, factum vero fuisse, verisimile non est, aut si accidit, raro accidit. Tunc enim Apostoli Catechumenos suos non omnes eodem modo tractassent, sed eos, quibus peccata retinenda erant, ab his, quibus remitti spiritus s. indicabat, separassent, et istos baptismō, cum quo promissio peccatorum remissorum tradiebatur, prohibuissent. Id quod vero nunquam observarunt. Nam inter tria millia eorum, qui die pentecostes Hierosolymis doctrinam christianam professi et baptizati adeoque remissio peccatorum certiores facti fuerunt, sine dubio nonnulli erant, qui in perfecione Iudeorum in perpetuum defecerunt. Imo nemo sibi persuadebit, in ecclesiis, ab Apostolis plantatis, nullos fuisse, quos Deus æterna damnatione puniverit; et nihilominus omnibus, ab Apostolis remissio peccatorum annuntiata fuit. Quum itaque Apostoli ius illud mere divinum sibi nunquam sumferint, verba Christi etiam id insuere non videntur. Si autem Matth. IX, 5. et Jac. V, 15. (*) perpendimus, ubi Christus et Jacobus liberationem miraculosam ab iis morbis, qui, tanquam penæ peccatorum gravium, a Deo immisiti fuerant, etiam remissionem peccatorum nominant: fere non possumus non putare, Christum Joh. XX. de eadem loqui et dicere: *Accipite spiritus s. inspirationem et dona miraculosa! Quibus penas temporales ob peccata gravia infligatas remiratis, illis remissa erunt, et quibus infligatis, illis inflixa erunt* (**). Christus enim, in primæva ecclesia,

peccata

(*) vid. Ill. MICHAELIS nota 165. ad BENSONI parapbr. epistole Jacobi p. 205.

(**) DODDRIDGE in bibl. Angl. t. XIII. p. 952. eundem sensum verbis Christi tribuit, quamvis addat, Apostolos etiam certe dicere potuisse, num quis in statu gratiae apud Deum sit, nec ne.



peccata quædam majora morbis punire solebat, quo pauciora inter primos Christianos existerent, doctrinæque coelesti propagandæ non obcessent, quod inter alia ex 1 Cor. XI, 30. patet. Ejusmodi morbos et poenas temporales igitur tam infligendi quam tollendi potestatem Christus I. c. Apostolis concedit, quam etiam exercuerunt. Nam Pauli effato A& XIII, 8-12. Elymas cœcus reddebat, et I. Tim. I, 20. idem dicit: se Hymenæum et Alexandrum Satanæ, i. e. angelo mortis, tradidisse, ut castigentur: quod nihil aliud indigitare videatur, nisi, se illis morbum quendam influisse, quem eriam 2 Cor. XII, 7. angelum Satanæ vocat. Apostolorum quidem vires ad divinam omnipotentiam erectas fuisse, non putandum est, sed Deus ipse has miraculosas poenas infligebat et tollebat, Apostolis tantum impulsu spiritus s. prædicentibus, eas inflatum aut ablatum iri. Si autem hæc explicatio verborum Christi non rejicienda est, facultas ista Apostolorum rectius ad dona extraordinaria, quam ad jura eorum referenda est.

§. XVI.

Denique Apostolis adscribendum est jus administrandi sacramenta. De baptismo quidem id satis constat, quum Christus expressis verbis Matth. XXVIII, 19. potestatem baptizandi illis tribuit, immo jam tum eos baptizasse quum Christi præsentia visibili adhuc fruerentur, ex Joh. IV, 2. clarissime patet. Quod s. cœnam in concionibus Christianorum consecraverint et distribuerint, totidem verbis quidem relatum non legimus; (nisi τὰ μετηποίησαν Dei 1 Cor. IV, 1. perinde de sacramentis, ac de verbo divino interpretari velis,) sed res nihilominus dubio caret. Quando enim in urbe aliqua ecclesiam plantaverant, quam s. cœna uti volebant, necesse erat, ut ostenderent, quam ratione illa sit administranda. Et cum Apostoli jus dispensandi sacramenta, aliis ecclesiarum doctoribus ordinariis concederunt, jam inde apparet, eos ipsos idem tenere debuisse.

§. XVII.

§. XVII.

Hæc ad vocationem, dona et jura Apostolorum illustrandum, sufficiant. Iam perscrutandum est, quidnam scriptura s. de doctoribus ecclesiae ordinariis doceat, quales nempe Apostolorum tempore, episcopi et presbyteri erant, et quales sunt ministri ecclesiæ hominum hodierni. Qvamvis Christus ipse, qvam diu inter mortales degeneret, nullos coetum s. episcopos aut presbyteros constituerit, qvia ejusmodi coetus non erant: tamen Ephes. IV, 11. ministerium ecclesiasticum instituisti dicitur, qvia Apostolis aut post resurrectionem oretenus mandavit, ut ecclesiæ recens plantatis, inspectores et doctores præponerentur, aut qvia per inspirationem eos id facere jussit. Eandem ob causam, hæc institutio doctorum et Pastorum in ecclesia 1 Cor. XII, 28. generatim Deo et A& XX, 28. spiritui s. adscribitur. Huic mandato autem cum Apostoli obtemperaverint, sicuti ex multis, actorum et epistolarum locis elucet: divina origo ministerii ecclesiastici negari plane nequit. Sed Deum etiam velle, ut ordo hic doctorum ecclesiæ ordinariorum adhuc conservetur, et ad finem mundi duret: inde concludendum est, qvia causa qvam instauratus fuit, nostro non minus qvam Apostolorum tempore existat, et nunquam extare desinat, nempe evitanda corruptio et depravatio doctrinæ, et alia (*). Hinc et Paulus Timotheum alios instituere jubet, eadem de rebus divinis doctrina, qvam hic a Paulo didicerat, ut futuro tempore ad alios docendum apti essent, 2 Tim. II, 2. Et si autem asseverandum est, ordinem ipsum ministrorum ecclesiæ a Deo per Apostolos fundatum fuisse: tamen singula individua ejus, ab ecclesia, cui præponenda erant, vocanda fuisse, certum est. Iam ex notione ecclesiæ tanquam collegii, seqvitur, ut nullum membrum ejusdem, singularia jura sibi arrogare possit, nisi tota ecclesia conferat. Inde Apostoli ecclesiæ a se plantatis episcopos non præfecerunt, nisi cum earum consensu. Cum diaconi, eleemosynarum administratione, in ecclesia Hierosolymitana suscepturni, eligendi essent, Apostoli omnia membra convocabant,

(*) vid. MOSHEMII Kirchenrecht p. 229.



bant, eaque sex illos viros eligeant, non soli Apostoli. Ubi autem vel ipsi Act. XIV, 23. vel eorum mandato Timotheus et Tim. III, 3. et Titus Tit. I, 5. ministros constituisse dicuntur, ibi nondum videtur ecclesia fasce collectae et conformatae. Et si autem in multis nostrarum ecclesiarum, jus vocandi ministros, ab uno aut paucis exercetur, quibus ecclesia jura sua collegialia tradidit: votum tamen negativum, si justæ causæ allegari possunt, ubique illis competit. Eiusmodi vocatio autem, si divina vocatur, id eo sensu asteri nequit, quo Apostoli a Deo vocati dicuntur. Providentia quidem Dei, cum quenamvis hominem ad genus aliquod virtutis vocat, affirmandum etiam est, eam circa eos, qui munera sacra ambiunt, versari; imprimis autem vocatio aliqua tunc divina appellanda est, si secundum voluntatem Dei, i. e. non injusta sed legitima via imperata fuit. Qvod ad munus attiner, ad quod episcopi et presbyteri primitiva ecclesia vocabantur, et ministri ordinarii nostra adhuc vocantur: non idem erat, quo Apostoli fungebantur. Hi enim praesertim in ceteris Christianorum colligen-
dis operam suam collocare debebant, ministrorum ordinariorum autem est, ceteris jam collectis praesette, eorumque salutem curare.

§. XVIII.

Qvum autem ministri ecclesia non idem munus obtinerent, quod Apostoli: horum etiam donis illis non opus erat. Unde Paulus de episcoporum requisitis in epistolis ad Timotheum et Titum differens, non poscit, ut donis miraculosis instructi sint. Omnia porius, quæ vult ut in illis conspiciantur, sine immediato spiritus s. influxu illis inesse poterant. Qvorum autem etsi varia sunt: tamen in duobus his contineri videntur: ut episcopus dotes ad docendum necessarias teneat, 1 Tim. III, 2. Tit. I, 9. utque ratione virtutis ante actus reprehendi nequeat, sed potius specimina animi, doctrinæ christianaæ conformis, ediderit, 1 Tim. III, 2. seqq. Tit. I, 7. seqq. In primâva quidem ecclesia, ubi dona miraculosa floruerunt, sine dubio multi episcoporum prophetiam, cognitionem, aut alia dona extraordinaria, ad docendum pertinentia, per spiritus s. operationem habuerunt: sed qui caruerunt, nihilominus episcopi creari potuerunt, si naturalem et
stu-

studio acquisitam docendi facultatem tenebant, et integri vita scelerisqve puri erant. Multo magis autem in nostris ecclesiæ ministris dona ordinaria tantum, tam naturalia quam supernaturalia gratia sanctificantis, requiri posse, per se patet.

§. XIX.

Supereft, ut jura exponamus, quæ in s. scriptura episcopis primitivæ ecclesiæ adscribuntur. Hec enim et nostris sacerdotum ministris adscribi debere, spiritus s. indicavit, quum Apostoli istis viris cœtribuerunt, qui respectu plurimorum attributorum, sicut eorum, ex quibus jura sequentia fluunt, nostris Pastoribus similes sunt. Necesse enim est, ut eadem facultates, eadem dona, quæ Paulus in istis requirit, et in his reperiuntur, si munere suo rite fungi debeant. Itaque et jura qua illis, ab Apostolis concessa fuerint, nostris ecclesiæ ministris concedenda erunt. Primo quidem omnes episcopi aut presbyteri, ex jussu et voluntate Apostolorum tenuerunt jus inspiciendi et invigilandi in ecclesiam. Hec inspectio illis nonsolum adscribitur Hebr. XIII, 17. sed etiam injungitur Act. XX, 28. imo eam ob causam episcopi Tit. I, 7. Dei economi, i. e. inspectores reliquorum servorum Dei, vocantur. Et quum sepe dicitur, eos pascere gregem Dei, nonsolum jus docendi, sed etiam invigilandi in ecclesiam illis tribuitur, quia pastoris est, tam alimentis gregis prospicere, quam eundem ducere, tueri et curare ne detrimenta capiat. Episcopatus illorum autem, circa externa et interna ecclesiæ, versatus est. Primum enim observarunt, quinam errores, quenam præjudicia et sceleræ præcipue in ecclesiæ grossentur, ut iisdem mederi possent; quæ cura animarum illis Act. XX, 28. Tit. I, 9. demandatur, quare et jus eam exercendi illis tribuendum est. Deinde etiam in cultu Dei externo et in concionibus attenderunt, ut omnia honeste et justo ordine agerentur, quam ob causam Paulus 1 Tim. III, 4. §. postulat ut episcopus domui propriæ bene præesse didicerit, quia alias nec ecclesiæ bene præfuturus sit. Cum hoc jure conjugimus jus docendi, quod episcopis claris verbis assertur. Quum enim Paulus 1 Tim. III, 2. 2 epist. II, 2. Tit. I, 9. vult, ut ad docendum, admonendum et arguendum contradicentes, apti sint: appetit, illis etiam jus fuisse, hæc omnia ex-

C 3 seqvendi





seqvendi. Ex i Tim. V. 17. concludendum quidem est, nonnullos episcopos hoc jure non usos fuisse, cum Paulus dicit: eos dupli honorario dignos astimandos esse, qui bene præsent ecclesiæ, præsertim autem qui in verbo et doctrina laborent; Sed inde non sequitur, iis, qui id non fecerunt, aut facultatem aut ius illud faciendi, defuisse. Sine dubio enim alias ob causas, fortasse ob plura et graviora, vixit comparandi, negotia, id omiserunt. Negandum itaque non est, Apostolos, ius docendi, episcopis omnibus primævæ ecclesiæ, dedisse, adeoque et nostris Pastoribus illud dandum esse, hisque eo magis, quia hoc jure de mto, gravissimus scopus munieris eorum omnisque fructus, plane exspiraret.

§. XX.

Ubi vero ponitur, uti ponit debet, ministris ecclesiæ ordinatiis commune esse jus, auditoribus suis verbum Dei, tam legem quam evangelium nunciandi, eosque, ut voluntati divina morem gerant, adhortandi: cum certe sequitur ut illis etiam adscribendum sit jus, tam legis quam evangelii doctrinam ad singulos applicandi, sive sub conditione veræ et perpetuæ fidei in Christum unicuique membro ecclesiæ peccatorum remissionem affirmandi, et unicuique sceleribus manifestis dedito asseverandi, si ad finem vite in illis persistat, poenas æternas eum certe manere. Qvod quidem jus, licet theologi a prædicatione verbi divini discernere et *juris clavium* nomine designare soleant: tamen rechius videtur utrumque jus uno quasi genere comprehendendi. Neque hic ῥῆτος παύδειος repugnat disciplina symbolicæ. *Augustana confessio* (*) postquam statuerat, potestatem clavium esse potestatem seu mandatum Dei, prædicandi evangelii, remittendi et retinendi peccata et administrandi sacramenta, ita pergit: *Hæc potestas tantum exercetur docendo seu prædicando verbum et porrigoendo sacramenta vel multis vel singulis.* Luculentius rem explicavit MELANCHTHON, in *Apologia A. C.*, quum absolutionem a prædicatione evangelii non vult sejungi, sed illam ab hac deduci (*). Denique jus

(*) Artic. XXVIII.

(**) vid. Summe Vener. PRAEVIDIS breviar. theol. symbol. p. 139. seqq.



jus administrandi sacramenta ministris ecclesiae non minus competere, fas est. Qvamvis enim, Apostolorum tempore, illi, qui aliquem discipulum Christi fecerat, eundem et baptizare, licuerit: tamen in ecclesiis, quibus episcopi jam praepositi erant, jus baptizandi et consecrandi s. coenam, ordinarie illis solis constare debuit; Cum enim inspectionem in cultum Dei et sacra externa, ac ordinis in concionibus servandi curam tenuerunt: non est qvod dubitemus, iis solis administrationem sacramentorum demandatam fuisse. Si enim unumqvodque membrum ecclesiae, cui in mentem venierit, eam sibi vindicare potuisset, omnis ordo in concione sublatus, variæqve turbæ exortæ forent. Idem autem accideret, si non solis ministris ecclesiae hodiernis hoc jus committeretur.

§. XXI.

Plura ministrorum ecclesiae jura ex sacris litteris deduci non possunt. Si itaque aliis præterea fruantur prærogativis, magistratui christiano eas debent, a quo iisdem exornati fuerunt. Ex omnibus autem haec tenus expositus elucet, inter Apostolos et ministros ecclesiae ordinarios magnum qvidem interesse discrimen, sed utrosque tamen in nonnullis sibi æquales esse. Jura nempe, quæ Apostolis convenerunt, quatenus doctores ecclesiae christiana plantanda, ideoque donis miraculosis instructi fuerunt, ministris ecclesiae tribui nequeunt; Iura autem quæ Apostoli rancquam doctores evangelii generatim spectari tenuerunt, ministris ecclesiae ex ipsorum Apostolorum voluntate adscribenda sunt. Primi generis jura Apostoli asseqvi non potuissent, nisi immediate a Deo vocati et spiritus s. donis extraordinariis aucti fuissent, unde illis concedi nequeunt, qui omnibus his facultatibus plene defituuntur. Qvam ob causam igitur jus illud Apostolorum, quo pescere poterant, ut sermonibus et scriptis suis divina auctoritas constaret, ministris ecclesiae hodiernis denegandum est. Nullus enim illud arrogare sibi potest, nisi qui inspiratione spiritus s. in prædicando evangelio fruitur. Sermones ministrorum ecclesiae verbum divinum qvidem appellari queunt, qvando in iis veritates a Deo revelatae proponuntur. Sed

primo





primo tunc qvidem res, qvæ proferuntur, auctoritatem divinam habent, non autem verba, qvibus exprimuntur, qvæ in Apostolis etiam divina erant. Deinde autem, verbum divinum se prædicare, tunc tantum dicere queunt, qvando dogmata aut præcepta, a Deo in s. litteris exhibita eloquuntur.

§. XXII.

*De jure, impios et facinorosos a communione sacerorum excludendi, qvo Apostoli uecebantur, num ministris ecclesiæ ordinariis concedi queat, gravis et difficultis est qvæstio; Qvam qvidem cum copiose explicare nobis non licet, breviter sententiam nostram profaremos. Primo concedendum est, neqve illam infallibilitatem, qva de aliis judicare poterant Apostoli, neqve summam auctoritatem, qva mandata ecclesiæ dabant, et, ut his obseqvium præstarent, postulabant, ad ministros ordinarios fuisse delaram. Quæ autem Christus Mat. XVIII. et Joh. XX. *Apostolis* concessit ligandi solvendi qve, et peccata retractandi condonandi qve jura, qvocunqve modo capiantur, ad ministros ordinarios non pertinere, paulo inferius ostendemus. Porro vix dubitandum est, Apostolos officium adeoque et jus, segregandi a suo coetu perversa docentes aut impie viventes, ecclesiæ commississe, Rom. XVI, 17. 1 Cor. V, 2. 9. 13. 2 Thess. III, 6-8. 14. 15. Denique ea, qvæ nonnulli ad episcopos referunt e. gr. 1 Tim. V, 20. Tit. III, 10. Apoc. II, 8. 14. 15. aut pertinent ad officium docendi, aut saltē ecclesiæ consensum non excludunt. Accedit, si rem ex natura ecclesiæ, qvatenuis est collegium, dijudices, non videri, illis, qui ecclesiæ præsunt, citra consensum ceterorum membrorum licere, aliis jus civitatis adimere, nisi ipsis ab ecclesia sit mandatum. Cui manifesto consentit praxis veteris ecclesiæ. Confessio Augustana qvidem art. XXVIII. jus secludendi impios a communione sacerorum, inter jura episcoporum divina referre videtur: at primum, si recte ejus verba considerantur, apparet, vere loqui beatos confessores de jure, qvo ministros ecclesia frui, supra diximus, verbum Dei singulis applicandi hincqve bene dicere: sine vi humana sed verbo. Deinde, si ad hujus loci*

loci scopus attendimus, facile cognoscimus, ea qvæ proferuntur, potissimum hoc consilio fuisse disputata, ut pontificiorum errores de jurisdictione episcopali convellantur, non ut ipsa natura potestatis secludendi alios a societate ecclesiastica, distincte explicetur. Qvamvis igitur hæc repeatantur in *apologia* art. XIV. bene tamen in *artic. Smalc.* parte III. art. 7. docetur, claves esse officium et potestatem *ecclesie* a Christo datam. Nostris vero ministris ecclesiæ circa hanc disciplinam leges esse præscriptas, norunt omnes, qvos, seqvi illas, oportet. Ubi vero hædiscenti, vix concedetur ministro, alios a communione secludere. Certe ad jus Apostolorum eum provocare non posse, omnes fatebuntur (*)

§. XXIII.

Apostoli porro in negotiis evangelii, sive qvoad doctrinam, quam divulgabant, a nulla ecclesia, imo a nullo mortalium in jus vocari poterant. Hæc vero prærogativa, non magis quam antea rencestitæ, in ministros ecclesiæ est transferenda. Hi enim, qvamvis non minus ac Apostoli, in futuro iudicio, *Christo* rationem reddituri sint, qyomodo munus suum administraverint: tamen etiam ab *ecclesia*, cui præsunt, aut a principe, in jus vocari, et si officia debita neglexerint, puniri etiam queunt. Nam a *Christo* ipso illis munus non collatum fuit, qvo funguntur, sed ab ecclesia, qva itaqve inquirere potest, num illi satisfecerint. Imo etiam respectu dogmatum, quæ proponunt, coram iudice humano stare tenentur. Nam ab ecclesia ea conditione vocati sunt et aluntur, ue doctrinam, quam illa cum *Scriptura* convenire putat, publice et privatim tueantur. Si igitur aliiquid contra hanc doctrinam proferunt, pæcum cum ecclesia lœdunt, ejusqve rei caufa ab illa coargui, imo si opiniones suas publicare pergent, munere privari possunt.

§. XXIV.

Tandem et verba Christi Joh. XX, 22. 23. ad ministros ecclesiæ non spectant, ubi nempe servator Apostolis potestatem tribuit, pec-

cata

(*) conf. MOSEMI Kirchenrecht p. 395.



cata hominum remittendi et retinendi, ita ut re vera in cœlo remissa aut retenta sint. Qvomodo cumque enim intelligantur, Apostolis solis dicta fuerunt, atque ad verbi divini interpretes hodiernos applicari nequeunt, qvia donis Apostolorum extraordinariis carent. Nam si quis ita explicet, ut pœnis eternis illos in perpetuum absolutos fuisse credat, qvibus Apostoli remissionem peccatorum annunciarerint, illum concedere oportet, Apostolos semper impulsum spiritus s. sentire debuisse, quando alicui catechumenorum peccata aut remiserint aut retinuerint. Qum autem ejusmodi inspiratio divina, ministris ecclesiæ hodiernis deficit: ad jus illud exercendum etiam non apti sunt, sed portius errandi periculo expositi, sèpe illis peccata in animo suo remittunt, qvibus coram Deo, interna cordis intuente, reservantur, et illis retinent, qvibus in cœlo remissa sunt. Cui autem ea sententia verisimilior videtur, qvæ asserit, Christum Apostolis, loco citato, potestatem miraculosos morbos infligendi et tollendi, tradere, ille item ministri ecclesiæ hoc jus adscribere nequit. Nam donis omnibus miraculosis (spiritus s. deserviuntur, ideoqve illo perfungi non possunt, sive, ut idem aliis verbis exprimam, Christus non promisit, se pœnis temporalibus illos miraculo affecturum esse, qvos ministri ecclesiæ iis dignos pronuncient, et illos ejusmodi pœnis liberaturum esse, qvos liberatione dignos censeant. Generatim itaqve affirmandum est, jura, qvæ Apostoli, tanquam doctores extraordinarii ecclesiæ plantandæ, habuerunt, ministris ecclesiæ ordinariis deneganda esse, eosqve respectu horum, neqyam successores Apostolorum nominari posse.

§. XXV.

Aliter autem res se habet, respectu jurium, qvæ Apostolis, ut doctoribus evangelii generatim spectatis, fuerunt. Hæc enim iisdem viris constare potuissent, etiamsi Apostolorum dignitatem non tenuissent, i. e. etiamsi non immediate a Christo vocati et donis miraculosis exornati fuissent, ideoqye absolum non est, eadem et ejusmodi doctoribus evangelii tribui, qvi omnibus prærogativis Apostolorum destruntur. Ejus generis sunt jura, in ecclesiis docendi, doctrinam legis

legis et evangelii ad singulos applicandi, et sacramenta administrandi,
qibus Apostoli usi sunt. Qvum enim hic juribus etiam tales fungi
possunt, qui nullis dopis miraculosis conspicui sunt, et qvum Apostoli
illa ministerio ecclesiastico concesserunt: hodiernis etiam verbi divini
interpretibus, rite vocatis, adscribenda sunt. Patet igitur ex his, qvo
ex capite successores Apostolorum dici queant, nempe ratione eorum
jurium, qva Apostolorum jam tempore, aliis evangelii doctoribus
cum Apostolis communia fuerunt, et qvæ in iis quoque locum inveniunt,
qui ab ecclesia vocati sunt, nullisque donis miraculosis utuntur.
Præterea autem appareat, nullos Apostolorum exactos successores unquam
fuisse, nec amplius dari posse, quoniam, ecclesia christiana satis
fundata, in nullis aliis viris ea spectata fuerunt, qvæ in tredecim illis
lucent, eorumque dignitatem tam splendidam, tam supra omnes
dignitates ecclesiasticas elatam reddiderunt.



NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO
EPHRAIM GOTTFRIED STECHEBAHARIO
S. P. D.
CHRISTIAN. GVL. FRANC. WALCHIVS.

Quum ante tres annos et aliquot menses ad nos accederes, a summe venerabilis PRATIE, cuius magna apud me esse solet auctoritas, mea cura et disciplinae humanissimis litteris commendatus, non modo te amare cepi, sed animo etiam proposui, quevis officia, quae a doctoribus academicis expetari possunt, tibi tribuere tuisque commodis, quantum in mea foret potestate, consulere. Cognovi deinde clarissimis signis animi tui integritatem, ingenii praefantiam, morum probitatem et constantem ac perpetuam diligentiam in frequentandis cum meis, tum aliorum scholis, ita ut ad te diligendum, adiuuandum et si fieri potuit, exornandum me indies magis excitari et inflammarri sentirem. Num tuæ tuorumque patronorum expectationis satisfecerim, ipsi iudicabis, mihi certe non qua volui, sed qua potui, præstisse, semper visus sum. Gratissima igitur et jucunda mihi contingit opportunitas, quam laudabile tuum consilium, ingenii tui tueque doctrinæ specimen proferendi in lucem conscriptamque commentationem more academico contra viros doctos defendendi, mihi adserit, quæ de te meoque erga te amore dixi, vera esse, his litteris testandi et, voluntati tuae, ut colloquio præses adsim et moderator, morem gerendi. Ita enim me facturum esse, lubens propoundi tibi et quæ promisi, non sine voluptate efficiam. De libello tuo velim alii sciunt, eum a te solo esse conditum et si a paucis discessero, quæ te ut adicerentur, monui, omnia quæ scripseras, tibi relictæ esse. Ne ea quidem, de quibus a te dissentio, mutari volui. Fas enim putare soleo, te tuisque similes ex nostris auditoribus sua frui libertate, sententias, quas animo conceperunt, aliis exponendi talesque edendi commentationes, ex quibus non fallaci suspicio, sed certo rectoque iudicio quisque de eorum doctrina statuere queat. Nec dubito, futurum esse, ut comprobès lectoribus tuis variam, quam tibi comparasti, eruditionem theologicanam et de grauissimis questionibus vere et expedite differendi facultatem. Quam quidem laudem te consequiturum esse dum prævideo, tum non possum non de eadem tibi gratulari: diligentia virtutisque tuae exempla communitibus, ut ea intueantur imiteturque, commendare et, quod maximum est, deum pie precari, velit te semper præsidii sanctissimi spiritus ita communiri, ut theologi locum cum fructu ecclesiae tuearis et puriori potissimum in Polonia christianorum cœtu amplissima commoda adseras. Cui quidem ut idem benignissimum numen, reddita pace publica, fruendi recuperatis religiose libertatis iuribus concedat copiam tueque redux omnia inuenias tranquilla, pacata, secura, mihi communia sunt cum omnibus bonis vota. Hæc deus audiat et fausto confirmari subeat eventus. In acad. Georg. Augusta d. XXVIII, iul. M DCC LXVIII.

78 L 1708

ULB Halle
002 390 507


3




5b.

Hil.100.







DFG

**DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
SVCCESSEONIE
MINISTRORVM ECCLESIAE
IN IVRA APOSTOLORVM
CAVTE DEFINIENDA**

**QVAM
PRAESIDE
CHRIST. GVILIELMO FRANCISCO
WALCHIO**

**S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMAR. PHILOSOPH.
ORDINARIO**

**IN
ACADEMIA GEORGIA AVGUSTA
D. VI. AVG. MDCCCLXVIII.
DEFENDET AVCTOR
EPHRAIM GOTTFRIED STECHEBAHR
LESNA POLONVS.**

**GOETTINGAE
TYPIS IO. ALE. BARMEIERI ACAD. TYPOGRAPHI.**